



## **Breviarium Chronologicum Veteris Testamenti Rerum Gestarum**

Ab Orbe condito Vsque ad Christum natum Synopses complectens.  
Xenivm Academicae Sodalitati Dominorum, B.M.V. Annuntiatae Herbipoli  
oblatum

Sacerdotium Ducale ... - Complectens Synopses Sacrae & profanae historiae  
à fine captivitatis Babylonicae & Hebraeorum Ducum ac Persicae  
Monarchiae initio usque ad Christum natum

**Gartner, Michael**

**Herbipoli, 1697**

Sanctitate & prophetia clari

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65122)

pace iterum compositâ clauderent  
Janum. *Augustus Octavianus* ter clau-  
dit Janum, cumq; tertio clauderetur,  
pace terrâ mariq; compositâ natus est  
Princeps pacis CHRISTUS JESUS.

— — — — —

S. 7. *Persona Sanctitate &*  
*prophetiâ celebres.*

Post *Zachariam & Malachiam* de-  
scribunt prophetæ esse in synagoga  
usque ad ortum Christi ducentis annis  
ante Christum, uti observat *Cornelius*  
à *Lapide* in libr. *Mach.* cap. 4. & ut  
refert *Josephus* *Urim & Thummin*,  
consuetum & usitatum Pontificibus  
Hebræis oraculum filuit & desit,  
*Abulensis* autem & alij affirmant  
*Ephod* manifestans oracula ab *Anti-*  
*ochi* ministris penitus ablatum fuisse  
ac præsertim à pseudo-Pontifice *Jaso-*  
*ne*, *Menelao* & *Alcimo* apostatis &  
proditoribus, ita ut nihil haberent  
Judæi, per quod consulerent Deum,  
ut antè, & prophetis insuper carerent.

Inter



Inter personas autem hujus ætatis  
 sanctitate illustres singularibus & ex-  
 celsis encomiis à SS. Patribus cele-  
 brantur MACHABÆI legis divinæ pro-  
 pugnatōres, & glorioso sanguine suo  
 consignatores, *qui non in equis & cur-  
 ribus, sed in nomine Dei sui pugnârunt,*  
 pro aris & focis sanguinem suum ex-  
 posuerunt. Quamquam ex Macha-  
 bæis eorumq; affectis piis ac pro ju-  
 stitia fortiter pugnantibus Judæis plu-  
 rimi fuerint, qui martyrio coronati  
 sunt fundentes sanguinem potiùs,  
 quam sacrilegia, ad quæ instigaban-  
 tur, & pœnis gravissimis compelle-  
 rantur, perpetrantes: alii enim præ-  
 cipitati sunt, alii igne cremati, quòd  
 obbathum colerent, alii in ore gla-  
 dii occisi propter religionem & piam  
 observantiam. Præ omnibus tamen  
 distinctissimè in scriptura refertur lib.  
 Mach. c. 6. & 7. Martyrium *Eleaza-  
 ræ* & septem fratrum cum matre sua  
 præceptorum.

ELEAZARUS quidem fuit unus  
 R de



de primoribus sacerdotum, scribarum & doctorum, instructor ac præceptor septem fratrum, qui omnes, ut referunt *Serarius & Torriellus*, è Susandro castello Antiochiam in regis conspectum adducti sunt cum matre *Salomona*, quorum nomina hoc ordine recenset *Cornelius à Lapide*: I. MACHABÆUS, à quo in sex reliquos derivata est denominatio: hic amputatâ linguâ, cute capitis abstractâ, manuum pedumq; summis partibus abscissis, vivus & spirans adhuc in succensa sartagine tostus est. II. ABER iisdem tormentis excarnificatus. III. MACHOR exsectâ linguâ & manibus amputatis in sartagine frixus. IV. JUDAS. V. ACHATZ. VI. ARETH. VII. JACOBUS, qui omnes validissimis tormentis, sectionibus, mutilationibus, & ustionibus sublatis sunt, ita ut quò majori puerorum constantiâ tyrannus exasperabatur, tantò crudeliora tormenta posterioribus sufferenda essent, donec etiam SALOMONA in se & in filiis



illis octies Martyr suppliciiis imma-  
ribus consumpta est: sic quidem san-  
guine suo & forti Martyrio hanc æta-  
tem Machabæi illustrârunt. Anno  
m. 3887. *Menelai* Pseudo-Pontificis  
*Antiochi Epiphani* 9. Imperii Græc.  
45. ante Chr. 166.

Cæteri, quorum sanctitas hisce tem-  
poribus eluxit, illi proximè appropin-  
quant ad Christum, *Sanctum Sancto-*

*S. Panther*, atavus B.V.M. \* *S. Ba-*  
*nther* avus \* *S. Joachim* Pater B.V. \*  
*Anna* mater B. Virginis \* *S. Ma-*  
*riam* avus *S. Iosephi* \* *S. Iacob* pater *S.*  
*Iosephi* \* *S. Ioseph* Sponsus B. Virgi-  
nis \* *S. Zacharias* \* *S. Elisabetha* con-  
sortina B. Virginis \* BEATISSIMA  
MARGO MARIA nata est in Nazareth  
provincia Galilææ in Judæa regio-  
ne Syria anno m. 4038. Herodis 22.  
Augusti Imp. 28. Olymp. CXCI, ante  
Chr. 15. \* Huc pertinent alii quoque  
& foeminae sanctæ de cognatio-  
ne Christi \* *S. Ioannes Baptista* natus





An. m. 4051. aliquot menses ante Christum, bosphorus ante solem, vox ante VERBUM, quod CARO FACTUM est eodem anno in utero Virginis.

¶ ¶ ¶ ¶ ¶

§. 8. Nova reperta & Urbium Natales.

Circa annum, m. 3775. ante Chr. 278. Ptolomai Philadelphi 8. Eleazari Pontif. 10. divinum illud beneficium versionis sacrarum litterarum in linguam Græcam factum est orbi universo.

Versio hoc modo contigit: cupiditas Philadelphi divinitus injecta est colligendi nobilissimam Alexandriæ Bibliothecam, cujus cum præcipuum ornamentum futuri crederentur libri Judæorum, quos illi divinos profitebantur, & summo studio conservabant, ne in vulgus promanarent, Ptolomæus collato in Judæos ingenti beneficio sacrisque muneribus, eis sapienter & suaviter vim injecit, ut sacros libros in græcum idioma vertendos præberent. In hunc finem omnes captivos Judæos dimisit. 120. millia fuisse

na

2 11

gisse  
biata  
mout  
is, sup  
alen  
muner  
& Aris  
scribu  
umma  
ta, ut  
is pub  
ibus,  
u orn  
ides n  
num  
tis au  
artifi  
plo p  
lephu  
tam h  
ni di  
altitu  
non  
sheta  
de nor  
itur  
ria, c  
delphu  
de lin  
offet.